



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Summi Pontifices Ordinis Camaldulensis. cap. XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

- 1546.6. Clemens Romanus primus ex Eremitis Generalis annuus :  
an. 4.  
1550.7. Laurentius Orafus Florentinus. an. 2. professus monasterij  
Angelorum.  
1552.8. Samuel Florentinus. an. 1.  
1553.9. Antonius Pifanus Eremita. an. 3.  
1556.10. Hyppolitus Nouariensis, an. 5. monachus S. Michaelis  
Murani.  
1561.11. Theophilus Balnensis, an. 4. monachus S. Matthiæ Mu-  
rani.  
1565.12. Aegidius Stupanus, an. 3. monachus Carcerum.  
1568.13. Ioannes Baptista II. an. 4. Nouariensis, Eremita.  
1572.14. Romualdus Veronensis, an. 3. monachus S. Michaelis  
Murani.  
1575.15. Petrus Balnecaballensis, an. 3. Abbas Classius.  
1578.16. Antonius Pifanus, Eremita.  
1581.17. Bartholomæus de Bagnacuallo, præfuit mens. 2.  
1581.18. Cherubinus de Lendinara.  
1584.19. Stephanus de Saffolo, Eremita.  
1587.20. Philippus Fantoni Florentinus.  
1590.21. Perrus de Bagnacuallo.  
1592.22. Simeon de Perusio, Eremita.

*Summi Pontifices Ordinis Camaldulensis.*

*Cap. XXII.*



REGORIVS huius nominis IX. Hugolinus an-  
tea vocatus, Natione Campanus, patria Anagni-  
nus, ex nobili & antiqua familia Comitum Si-  
gnæ; Innocentij Papæ III. nepos, a quo Capella-  
nus primo suus, mox Diaconus Cardinalis T. S.  
Eustachij, ac demum Episcopus Cardinalis Osti-  
ensis & Veliternus factus est. Hic mortuo Ho-  
norio PP. III. cum in quadam Cella Camaldulensis Eremiti, ( qua  
vsque in hodiernum, Papæ, nomen retinet) ieiunijs & orationibus  
vacans reclusus detineretur, Romæ propè Septizonium in Diaco-  
nia Sanctæ Lucie, omnium Cardinalium votis, altero ab Honorij  
morte die, videlicet 13. cal. April. anni 1227. die Sabbati, in Sum-  
mura

num Ecclesiæ Pastorem, vt ei quondam a S. Leonardo Eremita Camaldulensi prædictum fuerat, absens electus; ad S. Petrum, 5. cal. April. die Sancto Paschæ, consecrationis, & coronationis insignia suscepit. Inter multa quæ ad Dei Laudem, & Ecclesiæ decorem sanctè & laudabiliter perfecit, Decretalium Libros quinque compilauit; Franciscum Perusij, Dominicum Reate, Antonium Patauinum nuncupatum Spolerti, Elisabetham Hungariæ Regis Filiam, Romæ, inter Sanctos retulit; Synodum Lateranensem, de Imp. Friderico. II. abrogando indixit, sed captione Prælatorum, & morte præuentus, minime celebrauit: in tantum enim animi metorem, ea de causa incidit, ut non multo post Romæ obierit anno Domini 1241. die, 11. cal. Augusti, Pontificatus sui an. 14. mense. 4. die. 3. Ordinationibus quatuor mensibus Septembri & Decembri celebratis, Cardinales vndecim, Episcopos, videlicet, sex, Presbyteros tres, & Diaconos tres, creauit. Cadauer eius sepultum in Basilica S. Petri. Vacauit eo mortuo sedes Romana, menses 2. & diem unum.

*Cardinales Ordinis Camaldulensis, Duo. Cap. XXIII.*



**P**RATER Angelus de Anna Neapolitanus Monachus Camaldulensis, Ep̄s Summæ ripæ, & electus Laudensis, creatus Diaconus Cardinalis T. S. Lucie in Septifolio, ab Urbano Papa VI. in quarta creatione anni 1395. 7. idus Ianuarij, Luceriæ Christianorum in Apulia; publicatus Genuæ eodem anno 17. cal. Nouembris: a Bonifacio Papa IX. factus Presbyter Cardinalis S. Pudentianæ T. Pastoris; & a Ioanne Papa XXIII. Episcopus Cardinalis Prænестinus, & Decanus collegij. Obijt Romæ mense Iulij anno 1428. Neapolim translatus, in Ecclesiâ S. Mariæ de porta noua sepultus est. ad cuius sepulchrum sequens Epitaphium legitur.

**CARDINALIS DE ANNA V. LAVDENSIS.**

*Hoc iacet in tumulo Sacri de Cardine cætus*

*Laudensis dictus, senio pater optimus, isti*

*Anna fuit generosa domus, sed amabile nomen*

*Angelus, angelicam pia mens reuolauit in aulam;*

*Milleno quadriceno bis denis octauoque iunctis*

*Currebat Christi mensis quoque Iulius anni.*

Panui-